



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

Vt festorum memoria in anima maneat. 8

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](#)

LIBER III.

depicta ac forma carente suam imaginem. Quodam tempore talia cuidam intus verba dicebantur; Qui per seipsum sedere presumit, anteque a domino sedere iubetur, ille ab eodem deponetur. Multi multas intentiones habent, sed re vera multiplicitas intentionum, unitatem dissoluit. Iam olim in felicitate secundo magister quidam diuinus asserebat. Tu ipse considera infundo tuo, quod opera, quod modi, quod exercitia te comprehendens in forma carente illam ac superessentialiter imaginem introducere possint, & hos modos, eaque exercitia potissimum sequere, donec a tuus & omnium creaturarumque imaginibus absolutus, in diuina imagine supra omnem imaginem absorbaris.

Qualiter omniū solennitatū memoria in anima permaneat, quae Deum veraciter intus & exterius sequitur. Cap. VIII.

Enique, ut iam dixi, Deus ipse est oia in omnibus, in quo oē bonū & tota salus nostra consistit, quod etiam nos oēs saluos fieri cupit. Ideo namque & seipsum in nobis vivit, & est sanctū sanctorum, in quo oia festa & solennitates peraguntur in intimis, in occultis sanctis sanctorum. Hic eternam semper natalis domini agitur, quia dominus hic in anima semper spiritualiter generatur. Semper purificatio celebratur, quia nimis anima seipsum cum Dei filio, in interiori spiritus sui templo, quod Deus sibi ipsi exemit & consecravit, offert. Hic etiam quantum vitam & exempla eius sequimur, tantum Dei filius in nobis educatur. Cœnā quoque suam hic seruat, & seipsum ad seipsum in aia recipit, ipsamque spiritualiter sacratissimo corpore & sanguine suo reficiens, totaliter in se transformat,

MARGARITAE EVANG.

format, facitq; eam vnum cum gaudioso spiritu, gaudiosa anima, & gaudioso glorioq; corpore suo: qui nimirum sunt fructus huius dignissimi sacramenti, cuius spirituali cibo, quanto plus reficiuntur, tanto amplius in amore Dei crescimus proficimusque. ¶ Per hoc nanque anima vicissim parata efficitur offerre seipsam in manus domini sui & superiorum suorum, in eadem charitate, in qua dominus noster seipsum in manus hostium suorum capiendum tradidit, sequeligi, flagellari, coronari, condemnari & crucifigis permisit: & tandem amarissima morte defunctus est. In hac (inquam) charitate anima mori & vivere, & seipsam in manu obedientiae ad omnem poenam, inopiam & despectum offerre, & pro amore illius capi, ligari, flagellari, coronari, condemnari, & nuda in cruce suspensi desiderare & ita hic semper parasceue agitur. Passio namque dominica tali homini velut viuum quadam speculum & exemplar ob oculos existit, habetque introitum suum in deitatem, & exitum humanitatem Christi. Et quanto plus ab intra spiritu diuinitatem sequitur, tanto magis anima & corpus ab extra vitam & passionem Christi sequuntur: siveque totaliter in Deo moriuntur, & simul cum Christo in Deo sepeliuntur. Mori siquidem in Deo, ad supremam est exaltationem ascensus. ¶ Hic insuper pascha continue celebratur, vnde Apostolus ait: Si consurrexitis cum Christo, quae sursum sunt, sapite. Superior habitatio est nuda animæ essentia, cui Deus sese vniuit, & in ipsa sapimus ea, quæ Dei sunt. Neque enim sufficit mori, sed etiam ut vivere discamus, portet. Ideoque dominū saepius orare debemos,

vt nos



L I B E R III.

ut nos ex mortificatione viuos efficiat, sicuti se ipsum in sepulchro viuificauit: ut (inquam) sic & nos in gratia & amore suo viuificer, & in nobis, & per nos occulte & perfecte, constanter atque veraciter resurgere dignetur. Hic quoque ascensio cotinue peragitur. Nam & anima introrsum trahitur, & ab omnibus rebus infimis aliena efficitur, trahiturque ad internam occultam frutionem Dei, venitque in tres celos, id est, tres vires superiores, & a sanctissima Trinitate illuminatur, perlustratur, perluitur, atque ad coelestia subleuatur. Et hinc tam ipsa beata Trinitas, quae tota coelestis curia latatur. Pater qui deus, q[uod] hominem inuenit secundum cor suum. Filius, q[uod] per meritum passionis suae noua lux incipitoriri. Sp[iritu]s sanctus, q[uod] vas aptum habet, in quod & per quod promanare, & quicquid volunt, & quoniam volet, operari possit. Hic insuper continua sit penthecostes celebratio. Nam sp[iritu]s sanctus a filio promissus, hic a patre mittitur cum septiformi gratia sua, purgatque, immutat & accedit cor hominis, nouisque linguis ipsum eloqui docet. Hic deinde semper nuptiae celebrantur. Quoties enim anima voluntate suam resignans, solius Dei acceptissima voluntate vtitur (quae summa virtus libertas est) toties ipsis Deo desplosatur: sicut patris filia, filij soror, & sponsa fit spiritus sancti.

Qualiter cum Deo semper in celo spiritus nostri, & in paradyso animae nostrae uniti manere debeamus. Cap. IX.

Si in interiori celo spiritus, & animae paradyso manere velimus, praecepta atque prohibita Dei ut seruemus oportet. Sane angelis praecepe-

Z cepe-